

## 1485 Sommersemester. 152. Decan Iohannes Lireke von Frankfurt II.

M 115. Decanatus<sup>1)</sup> magistri Iohannis Lireken de Franckenfordis, sacre theologie baccalarii formati, de natione Saxonum secundario electi. Anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto tercia feria post Georgii, que fuit vicesima Apr. 26. sexta dies mensis Aprilis, magister Iohannes Lireke de Franckenfordis, sacre theologie baccalarius formatus, de natione Saxonum secundario electus fuit in decanum facultatis arcium.

Clavigeri mgr. { Andreas Dehne de Czoldin de natione Saxonum  
Andreas Wunsedel de natione Bavarorum.

Executores statutorum sine mgr. { Bruno de Waltershusen  
differencia nationum Nicolaus Theyn de Hilpurchusen.

Taxatores lectionum sine mgr. { Hinricus Greve de Gottingen  
differencia nationum Andreas Wunzedel  
Nicolaus Hilpurghusen,

per quos admissi fuerunt baccalariandi.

Anno domini, quo supra, feria quarta post Penthecostes electi fuerunt per Mai 25. sortem examinatores baccalariandorum de quatuor nationibus magistri subscripti, videlicet:

mgr. { Thomas Hertel de Iauwer  
Bruno de Waltershusen  
Iohannes Brant de Rotenburga  
Hinricus Greve de Gottingen } de natione { Polonorum  
Misnensium  
Bavarorum  
Saxonum,

per quos admissi fuerunt baccalariandi subscripti:

M 116. Malchiar Sparbrot de Offinburga  
Hinricus Stengel de Culmbach  
Georgius Klugel de Cubito  
Andreas Carpentarii de Zabernia  
Iohannes Belgern } determina-  
vit sub } Iohanne Spira  
magistro } Iohanne Brant  
Martino Conitez  
Nicolao Schawensteyn  
Erasmio Stuler de Lipezk.

Inter predictos baccalariandos admissos erat unus pauper, videlicet Georgius Klugel de Cubito, qui iuxta facultatis consuetudinem testimoniis sufficientibus suam docuit paupertatem petivitque dimissionem burse propter deum tam pro exercicio quam signeto in presencia totius facultatis, quam et obtinuit graciose.

Item anno, quo supra, in die Egidii Iohannes Mengensen de Orlorff, bacc. Erfordensis, Sept. 1. premissa responsione sua in ordinaria magistrorum disputatione et exhibitis et demonstratis munimentis et documentis promotionis sue sufficientibus assumptus fuit ad gremium facultatis arcium iuxta eiusdem facultatis statuta laudabilia et commendabilia desuper edita et confecta. Hic nichil solvit, sed omnia propter deum fuerunt sibi remissa, quia fuit unus fratrum de ordine mendicantium et religiosus de ordine Carmelitarum.

<sup>1)</sup> Die Ueberschrift in blauer Farbe. Einfache Initiale D in Dunkelblau auf goldenem, roth umrändertem, viereckigem Grund.